Ἀντίσκια planetarum determinare.

HAnc rem quære apud Iulium Firmicum, uel in Iſagogis Aſtrologiæ iudiciariæ noſtræ. Fuerunt autem iſta ἀντίσκια noſtræ genituræ propoſitæ.

Saturnus	22	29	Sagittarij.
Iupiter	8	50	Arietis.
Mars	19	20	Tauri.
Sol	20	20	Virginis.
Venus	2	0	Virginis.
Mercurius	13	15	Virginis.
Luna	12	52	Aquarij.

His ſic rite examinatis, deprome iam ex tabulis Directionum M. Ioannis de Monte regio, radiationes planetarum iuxta præceptum problematis triceſimi primi & ultimi. Vel etiam conſule Canonem noſtrum ultimum in Globum ſtelliferum. Et adiunge prædictis tabulam Radiationum atque aſpectuum omnium locorum natiuitatis propoſitæ, in hunc qui ſequitur ordinem, & uidebis in ea tanquam in ſpeculo, omnes radiationes ac aſpectus omnium locorum huius genituræ.

Tabu